

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

47. De negotiatione margaritarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

*De negotiatore margarit.* 39<sup>1</sup>

## MEDITATIO XLVII.

*De negotiatore margaritarum.*

Matt. 13.

### PUNCTUM PRIMUM.

**Q**uod studia negotiantium sint varia pro diversitate rerum, quas querunt: alij enim bona temporalia, alij scientias, alij politicas virtutes, tanquam margaritas, venantur. Christianus autem querere debet Christum, & quae nos cum illo jungunt virtutes. *Hæc est generalis quærentia quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob.* Ps. 13. 6.

### PUNCTUM II.

**Q**uomodo querere oportet incessanter petitendo à Deo: *Petite, & dabitur vobis.* Mat. 7. 7 Deinde studiosè meditando circa illa, ubi inventur Christus. Denique insistendo illis medijs, quæ inspirantur à Deo, & alioqui sunt idonea.

### PUNCTUM III.

**B**onus negotiator, inventa una pretiosa mar- Una & garita, vendit omnia quæ habet, & emit eam, pretiosa Una & pretiosa dicitur: hæc est Christus De- gemma. us homo, non plures, sed unus: vel etiam Christus charitas, quæ est vinculum perfectionis, in quo Charitas omnesvinciuntur virtutes: & quæ nos unum Col. 3. 14. facit cum Deo, & proximo, ut sit cor unum, & Act. 4. anima una. Dicitur inter conchilia margarita. 32.

rum esse unum, quasi dux, quo capto, facile re-  
liqua capiuntur, hæc est charitas: invenitur,  
cùm planè penetratur illius excellentia, & co-  
gnita rapit ad se cor, ut parum judicet, pro illa  
*Cant.* dare omnia, juxta illud. *Si dederit homo omnem*  
*8. 7.* *substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil*  
*Examen* *despiciet eam.* Inspice, quam margaritam quæ-  
ras, an hanc pretiosam, vel potius terrenam ali-  
quam. Deinde, quam serio quæras. Denique  
quid pro habenda dare vélis, quanti eam æsti-  
mes?

## PUNCTUM IV.

*Religio-*  
*sa perfe-*  
*cetio.*

*Marga-*  
*rita.*

*Cant.*  
*4. 9.*

**Q**uod hæc margarita pretiosa sit etiam per-  
fectio religiosa, ad Christi imitationem  
quæ una est, eminenter continens dilectionem  
duplicem, Iesu, & proximi, quasi lumen du-  
plex oculorum, de quibus ad Sponsam dicit Do-  
minus. *Vulnerasti cor meum, in uno oculorum*  
*tuorum.* *Vnum* dicit, cùm sint duo: quia ut  
unus agunt, & quo unus vergit, etiam alter: ta-  
les sunt actiones Religiosorum ex Dei & pro-  
ximi charitate. Magni fiunt duæ margaritæ si-  
miles & pro inauribus appendi solent ad orna-  
tum. Ita Religiosam vitam ornant dilectio Dei,  
& proximi. Si intelligerent homines preium  
ejus, omnes vellent sua divendere, pro ea com-  
paranda. O intelligam ego! ô studeam copula-  
re in unum, & duobus, quasi uno oculo, vide-  
re Deum & proximum!

ME-